

solo homine habeat, quod desiderat, quod numeratō obx-
rat pretiō. Etenim Homo μικρός u[er]o ille, exiguō suō,
sed affabre exasciatō corpusculō amplissimum nobis, idque
stupendis rerum imaginibus pulcherrimē illustratum exhibit
amphiteatrum, in quo suō spectare modō licet, quibus cun-
que aliās universi hujus œconomia superbit, suosque spe-
ctatores in sui rapit admirationem. Quid, quod Homo A-
nimā suā immortali, quasi Numen aliquod nobis repreſen-
tet, quod corpus, non secus, ac supremum illud Numen
Deus Ter Opt. Max. hoc universum, conservat & gubernat?
Singulas animæ humanæ facultates, partes corporis organi-
cī singulas sigillatim enumerare, enumeratas dignis enco-
miis deprædicare nostri non est instituti, Veritas ipsa loqui-
tur, illum, qui philosophiæ exordia ponit in contemplatio-
ne hominis, incipere non male philosophari. Et h[oc] ipsa
nisi fuisset alia, sufficiens esse posset ratio, cur & mea exi-
guā tenuitas, posteaquam primum in studio philosophico
facere periculum ausa est, ab homine exordiatur. Cum
autem Hominem à capite ad calcem, quā corpus, quā ani-
mam exponere, nimis unā vice foret prolixum, de quadam
saltim Hominis facultate, de VOLUNTATE sc̄. paucas
pariter & rudis ingenioli sui modulō bene mensas paginas
publico, sed benevolo Eruditorum examini in præsentie ex-
hibet. Tuum erit, Lector Candide, conatui huic favere.

Ut desint vires, non est culpanda Voluntas.
Tuum erit, si non nihil, quod boni Auctores, nostrique Præ-
ceptores suppeditarunt, thesibus sequentibus accommodan-
tum invenerit, & quanimitter id interpretari, & cogitare Co-
micum hoc jam olim suo:

Nullum est iam dictum, quod non dictum sit prius,
excusasse.

S.1.Vol.